

Sequenti crastino erat sabbatum quatuor temporum, in quo idem episcopus ordines clericorum celebravit in Syloensi ecclesia, in quibus et ego promotus in diaconum legi ewangelium coram episcopo, notus existens et carus eidem episcopo extunc et deinceps, quamdiu uixit.]

Eodem anno mediante dux Wathzlaus, filius antiqui Zobezlai, frater noui,] leuauit clipeum contra duces Fridericum et congregata multitudine perfidorum obsedit Pragam, sed non obtinuit, quia qui deintus erant, pariter cum domna Elisabeth, uxore Friderici, fortiter resistebant. Interea Fridericus in Teutonia exercitum colligebat per amicos suos, quorum unus et precipuus dux Austriae Lupoldus cum magnis copiis Boemiam intrare uolebat, uerum dominus Albertus, Salzburgensis archiepiscopus, germanus Friderici ducis, cum suis armatis iam intrauerat et transiens per Mylevzk non sine graui dispendio illius ecclesie Pragam usque peruenerat. Quod cernentes Boemi maiores natu, simul et ex parte imperatoris peiora ¹⁾ uerentes, post ²⁾ multas tergiversationes tandem ab illo resilierunt et ad Fridericum redierunt, sicque dux Fridericus victoria potitus revocavit peregrinum exercitum, ne intraret et patriam deleret.

1185

Anno dominicae incarnationis MCLXXXV Fridericus dux iratus Cunrado de Moravia, tum pro antiqua iniuria, qua eum ante tres annos ³⁾ regno pellere tentauerat ⁴⁾, tum etiam pro alienatione Moraviae, quam non ab eo, sed de manu imperatoris tenere gestiebat, ratus opportunitatem temporis de absentia imperatoris, qui transalpinauerat, mittit fratrem suum Przemyslonem cum exercitu valido in Moraviam, ut disperdant eam. Qui venientes in Betowensem et Znoymensem provincias, obuia quaeque metunt caede, rapinis, flammis omnia consumunt. Kunicz intrantes praeter ecclesiam et claustrum alias aedes comburunt ⁵⁾, Pulm ecclesiam similiter; sorores ante faciem eorum fugerunt in Betowe. Qui postquam omnia consumassent, quae sibi et diabolo placuerunt, nullo resistente absque bello reversi sunt in Boemiam.

Hned na zejtrí byla sobota suchých dni postních, kteréhož dne týž biskup svěcení klerikům udílel v Želivském kostele, a mezi nimi i já vysvěcen byv na jáhna, četl jsem ewangelium před biskupem, jsa znám a milý témuž biskupovi od toho času i napotom, pokud žil.

Asi u prostřed téhož léta kníže Václav, syn starého Soběslava, bratr mladého, pozdvihnul štít proti knížeti Fridrichovi a shromáždív množstvi nevěrných oblehl Prahu, ale nedostal ji, poněvadž kdo uvnitř byli, spolu s paní Alžbětou, manželkou Fridrichovou, statečně se bránili. Zatím Fridrich v Němech vojsko sbíral skrze přátele své, z nichž jeden a obzvláštní vévoda rakouský Leopold s velikými zástupy do Čech vtrhnouti zamýšlel, a však pan Vojtěch, salepurský arcibiskup, bratr Fridricha knížete, se svými zbrojnoši jej předešel a postupuje přes Milevsko ne bez těžké škody onoho kostela až do Prahy se dostal. Což vidouce čeští pánové, spolu pak se strany císařovy horšího se obávajíce, po mnohém váhání posleze od onoho ustoupili a k Fridrichovi se navrátili, a tak kníže Fridrich dobytí vítězství odvolal cizí vojsko, aby do země nevkráčilo a zemi nepoplenilo.

Léta páně 1185 Fridrich kníže zanevřev na Kunrata Moravského, jednak pro staré bezpráví, že jej před třemi léty ze země vyhnati se pokoušel, jednak též pro odeizení Moravy, neb tvářil se, jako by ji ne od něho, nýbrž z ruky císařovy držel, uživ vhodné chvíle z nepřítomnosti císařovy, kterýž za Alpy se byl odebral, poslal bratra svého Přemysla s vojskem silným na Moravu, aby ji pohubil. Ti přišedše do Bítovské a Znojenské župy vše, co jim v cestu přišlo, pobíjeli, plenili a pálili. Do Kunic vtrhnuvše kromě kostela a kláštera všecka stavení vypálili, tak také kostel Pulmský (?); sestry před tváří jich uprehly do Bítova. A když byli spáchali, co se jim a ďáblu libilo, bez boje navrátili se do Čech; neboť nikdo odporu nečinil.

¹⁾ Po slově tomto vyříznut zase list v původním rukopise. — ²⁾ per 2. — ³⁾ tak Dobner; Piter menses. — ⁴⁾ avertat. — ⁵⁾ Po slově comburunt jest v Pitrově opise ještě Pulm ecclesiam, ale poslední slovo jest podtečkováno.